



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quinam possint absolvere ab excommunicatione majore vel minore?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

antur, cum vel nulla hodie, post Constant. Conci. talium jurium praxis sit, vel rara, vel ex d. c. consent.

SECTIO V.

De absolute ab excommunicatione.

§. I.

Quinam possint absolute ab excommunicatione majore, vel minore?

AB excommunicatione majore, sive à jure illa lata sit, sive ab homine generaliter, si expressè reservata non sit, potest non tantùm Episcopus, sed quilibet Parochus (sicut ex potestate juris delegata absolute) cap. Nuper 29. h. t. cujus enim, ut ait Pontifex absoluteionem sibi canonis auctor specialiter non reservavit, eo ipso concessisse videtur aliis. Si verò reservaverit ejus absoluteionem sibi, vel alii, qui canonem fecit, vel qui in specie excommunicavit, nemo alius ab ea absolute potest, nisi cui reservata est talis excommunicatio, vel hujus Superior, aut ab his delegatus, nisi articulus mortis urgeat, ubi cum nulla sit reservatio, consequenter quilibet, qui à peccatis absolute potest, poterit etiam ab excommunicatione, aut quavis alia censura absolute.

Ab excommunicatione minore à jure lata absolute potest quilibet, qui proprius Sacerdos, vel Parochus est talis excommunicati: & quamvis jurisdictionem fori externi non habeat, quæ tamen

requiritur ad absoluteendum ab excommunicatione, quia tamen jura illi hanc facultatem concedunt, rectè videtur ex delegatione juris hoc posse, ita ut absolute talem ab excommunicatione minore excommunicatum possit proprius Sacerdos, quamvis etiam hic ipse minore excommunicatione ligatus, cap. Duobus 56. h. t. neque enim absolute recipit Sacramentum, cujus usu passivo per excommunicationem minorem privatus est.

§. II.

An ab excommunicatione lata ab Episcopo suffraganeo in suos subditos possit Archiepiscopus, seu Metropolitanus absolute, sive ante appellationem, sive post illam?

QUOD possit Archiepiscopus hunc talem à suo suffraganeo excommunicatum absolute, etiam si ante appellationem fuerit excommunicatus, Glossa finalis in cap. Per tuas 40. h. t. docet, & quod non teneatur illum remittere ad Episcopum excommunicatorem, nisi velit ipsi hoc deferre, prout nonnunquam dignitas Episcopalis exigat. Quod si verò excommunicatio à suffraganeo lata evidenter justa esset propter delictum manifestum, Metropolitanus seu Archiepiscopus hunc talem absolute non posset, sed remittere eum debet ad Suffraganeum, qui excommunicavit, pro absoluteione impetranda, juxta citatum cap. Per tuas, nisi requisitus hic malitiosè absoluteionem negaret; illud quidem, ita ut delicta in eo loco puniri appareat, ubi commissa fuerunt; hoc verò, ne malitia